Quia Antonius Ferrer notarius Sindicus Villa-
rum de Borriana, et Nulles, et procurator Illus-
tris Marchionis de Lanzes comitis de Olocau pre-
ceptoris Comandae de Borriana, et Joannes Bap-
tista Queyto Notarius Procurator Fiscalis Reli-
gionis Montesiae supplicatione diei vigessimi-
noni mensis octobris anni Millessimi sexcen-
tessimi sexagessimi noni, intentato remedio ac-
tione, et favorabiliori, et precipue exceptione modi-
ficativa Regiae Sententiae per Nos latae, et publi-
catae per Vincentium Ferrera Militem Regij
Mandati Scribam, die vigessimo octavo mensis
Junij eiusdem anni Millessimi sexcentessimi
sexagessimi noni decidunt, et sane declarant
Sententiam arbitralem datam in anno Millles-
simo tercentessimo quadragessimo sexto per Sere
nissimum Infantem Don Petrum Comitem de Riba
gorza Sententias Regias publicatas diebus vigessimo
septimo mensis Julij anni Millessimi quingen
tessimi octuagessimi secundi et vigessimo tertio
mensis Maij Millessimi quingentessimi octua
gessimi tertij et confirmatoriam Sacri Supremi
Aragonum Consilij die decimo tertio mensis
Februarij Millessimi quingentessimi octuagessi-
mi quarti disponentes distributionem aquae ex flu
mine de Millas Interdictas Villas et Castellio-

viis planitiei, et Almazore, et fabricationem Sep-
lapidei abditis pretensis modo et forma, in illis
enarratis et rebus sic stantibus dictam villam Cas
tullioni fabricasse Septum ex caementis in alio
loco distanti a nobis mille passibus in parte superiori
et deferunt Sententiam latam per Nos, et publica
tam die vigessimo octavo mensis Septembris
Millessimi Sexcentessimi Sexagessimi octavi super
firmas juris positas per partes, et requisitam fir-
mam juris obtentam per dictas villas Castullionis
et Almazore, ad terminos declaratos in supra
memoratis Regiis Sententiis, et aliam Regiam
Sententiam contra quam est intenta exceptio
modificativa, et cum qua est data facultas
dictis villis Castullionis, et Almazore fabrican
di Septum lapideum in loco ubi fabricatum
erat Septum ex caementis, ex eo quod nullum
praeiudicium sequebatur dictis villis de Borriana
et Nulles servata tamen forma distributionis
aque declarata in relatis Sententiis et addunt
hanc formam esse servandam in dicta fabrica
tione Septi et irreponibilem appellant ex variis
rationibus in relata supplicatione expressis prae-
sertim quia domuncula, per quam recipiunt aquam
dicte ville Castullionis et Almazore est construenda in
parte superiori ubi declaratum est, posse Septum

lapideum fabricari et omnes similes domun
cule sunt fabricate in parte inferiori et se-
cundum formam praescriptam in Sententiis aqua
est dividenda per orsiola seu foriculas construc-
tas in ipso Septo et sic aquam ad illas perti-
nentem non possunt accipere per relatam do-
munculam, et si ita fieret, grave sequeretur
praeiudicium villis de Borriana et Nulles
et ad probandam intentionem, petunt fieri
visuram in assistentia Nobilis Causae Adito-
ris per expertos per partes nominandos et tertium
in casu discordiae per quos fiant relationes, super
inconvenientibus allegatis modo, et forma
expressis in relata supplicatione, et consito de
illis quod relata Sententia modificetur
modo, quod ex executione nullum damnum
sequatur villis de Borriana et Nulles in dis
tributione aque, prout diffusius ex relata resul-
tat instantia, et in illius sequellam, et
virtute provisionis facte in actu in assigna
tione tenta inter partes fuit provisum quod
pretensiones continuarentur retento acordio
ad declarationem, et item fuit provisum in
sequellam supplicationis posite per dictos
Ferrer et Cueyto die secundo mensis Decem
bris Millessimi Sexcentessimi Sexagessimi noni

et in qua fuit petitum quod visura fieret
in assistentia dicti Nobilis Auditoris et per dictas
villas Castellionis et Almasore pretenditur repel-
landam esse instantiam relatam, et denegandam
visuram tanquam non iustificatam; et attento
quod ex tenore dictarum sententiarum aqua
est distribuenda secundum formam illis pre-
scriptam, et sequtum etiam fabricandum fore
quod aqua fluminis debet decurrere usque ad-
ostiola fabricanda ad divisionem libere et
absque aliquo impedimento, et quod per dicta
ostiola est facienda distributio, et antea accipi
non debet per domunculam fabricatam, et nunc
repertam ut constat ex lite, nec per aliam par-
tem secilocam quam per dicta ostiola, nec aliud
pretendere possunt dicte ville Castellionis, et
Almasore, et sic pro nunc excusanda est visura
pretensa per dictas villas de Burriana, et Nulles
quod est caput concernens ad modificationem
sententie, et non alia que respiciunt merita
cause principalis, et sunt pertinentia ad iudicium
supplicationis, et meritis processus inspectis veniant
ut infra declarandum, idcirco, et alias deliberationem,
et conclusionem in Sacro Regio Consi-
lio sumptam in sequendo pronuntiamus, senten-
tiamus, et declaramus explicando acordio pretenta

Solvit 15

non procedere visuram pretensam per dictos Ferrer, et
questo dictis nominibus, in relatis supplicationibus
nec relatam instantiam modificativam, repellen-
damque fore et esse sicuti eam presenti repellimus et
neutram partium ex causa in expensas condem-
namus. Don Joannes Chrisostomus Berenguer
de Morales pro Regente

Vidit Don Paulinus Esteve. V.t D.r Antonius de Calatayud
Vidit Sisternes. Vidit Don Carolus Vallterra

Publicata fuit huiusmodi Regia Sententia
per Josephum Laurentium de Saboya Regium
Scribam Mandati die trigesimo primo mensis
Maij anno a nativitate Domini Millesimo sexcen-
tesimo septuagesimo, instante, et humiliter
supplicante Francisco Ferrer notario procuratore
etc. et presentibus protestibus etc. Valle etc.
et alijs quam plurimis ibi assistentibus in
multitudine copiosa

Sentencia sobre
el luga q̃ le toca
tindar la Aseqa
ala Villa de caste-
llon y Almasora